



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Specvlvm Iuuentvtis, Sive Insigniores Pveritiæ Atqve Adolescentiæ Sanctorvm

Bosendorf, Hermann

Monasterii VWestphalorvm, 1615

Maximus puer m. 17. Aug.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42900

rem adigat, ac celeri morte ignominia delectat. Paruit is & ferru magna vi ambabus torquens manibus sacra martyris viscera traiecit. Martyr autem sanguine manantia fert intestina, perq; medium theatri incedens, vrbe egreditur, & in spelunca duobus inde stadijs distante se reclinans, ad praemia martyrij diuina inuitatus voce euolauit.

MARTYRIVM S. MAXIMI PVERI IN
Africa, ex Victore Vticensi. 17. Augusti.

Sur. Tom. 4.

CVM Rex Hunericus Arrianæ perfidiae propugnator, tota Africa religionem Catholicam delere, & in orthodoxos sauire aggrediretur, septem vnus monasterij fratres, videlicet: Bonifacium, Seruum, Rusticum, Liberatum, Rogatum, Septimum & Maximum, è territorio vrbis Capsensis, Carthaginem perduxit. Quos primum blandimentis tentatos, & carceribus afflictos cum à fidei constantia depellere non posset, naui impositos in medio iubet pelago concremari. Ita que cum fiducia ad suppliciu quasi ad epulas properantes, concinebant: Gloria in excelsis Deo, &c. Vnum tamè illorum nomine Maximum, qui infantulus videbatur à consortio sanctorum auellere auctores malorum maximopere conabantur, dicentes: Infantule, quid festinas ad mortem? dimitte horum insaniam, nostrisq; ausculta consilijs, vt vita superstes tanti

*Alacritas
ad marty-
rium.*

regis
dem
bat
berat
mon
Dei
quoq
Dom
marty
ducti
pliciu
clauis
ignis
magn
uino
cund
marty
ti, &
derat
MA
rum
rator
marty
quin

Constantia.

regis favore perfruaris. Quibus ille ætate quidem puerili, senili tamen maturitate exclamabat: Nemo me separat à sancto patre meo Liberato Abbate, & fratribus meis, qui me in monasterio nutrierunt. Cum ipsis in timore Dei conuersatus sum, cum iisdem extrema quoque lubens perpetiar. Simul nos septem Dominus congregare, simul etiam spero vna martyrij corona donare dignabitur. Perducti itaque cum festinatione ad nauale supplicium extensis manibus & pedibus figuntur clavis, tum faces lignis admotæ; verum mox ignis resedit, & quamuis iterum atque iterum magno conatu succenderetur: breui tamen diuino nutu sopitus, tyrannum furore ac verecundia compleuit. Quare ad extremum beati martyres, eius iussu remorum vectibus enecati, & comminuto more canum cerebro, desideratis martyrij laureis potiuntur.

MARTYRIUM S. AGAPITI PVERI
 15. annorum apud Adonem Treuirensis Episc. 18. Augusti. Sur.
 Tom. 7.

A pud Prænestinam urbem milliatio ab urbe trigesimo tertio S. Agapitus præclarum martyrij certamen sub Aureliano Imperatore, præside Antiocho, peregit. Cum enim martyrij amore ferueret, annorū nō amplius quindecim iussu Imperatoris diu crudis boum

Bb 2 neruis